praesentatur sub imagine serpentis capite ut videtur humano. Glyconis nomen habet etiam Lucianus pseudom. 18, qui multus est de hoc deo novicio Abonitichitarum.

4080 Iovi et Iuno|n. [*et*] Dracco|n. *(sic)*[1] et Dracce|nae[2] et Ale|xandro[3] Epi|tynchanus [*C.* | *F*]uri Octavi[*ani*] | c. v. posuit.

Blatsche inter Scupos et Stobos (III S. 8238 Henzen vidit ectypum). — 1) *Draconem hunc esse serpentem Glyconem, cui dedicata est N. 4079, apparet ex mentione Alexandri (cf. not. 3).* — 2) *In uno ex nummis memoratis ad N. 4079 dicuntur repraesentati esse duo serpentes (Mionnet suppl. IV 550, 4 ex Vaillant), fortasse draco hic cum dracaena; sed res incerta.* — 3) *Est ipse Alexander Abonotichita propheta dei novi Glyconis, in quem est libellus Luciani* Ἀλέξανδρος ἢ ψευδόμαντις.

4081 Iovi Sarso[1] Sex. Vibi|us Gallus[2] t[*r*]ecinari|us, primipilaris, praef. kas|tror. leg. XIII G. G.[3], donis do|natus ab imperatorib. ho|noris virtutisq. causa | torquib. armillis phale|ris, coronis muralib. III | vallarib. II aurea I, has|tis puris V vexillis II, | d. s. p. f.

In ora Paphlagoniae, loco dicto Dschidde, ab Amastri orientem versus (Kalinka Festschrift für Otto Benndorf p. 215). Eodem loco extat fragmentum Graeci tituli ab eodem homine positi (ib. p. 216). — 1) *Deus praeterea ignotus.* — 2) *Huic homini titulum Amastri positum habes supra N. 2663, ubi confer (accedit iam versio Graeca, quam primus Kalinka descripsit, l. c. p. 217 = III S. 13648).* — 3) *De legione decima tertia Gemina Getica (cf. supra N. 1370 not. 2) cogitavit Kalinka.*

4082 I. o. m. | Taviano[1] | pro salu. | imp. Anto|nini et M. | Aureli Caes. | Gal[*at*]ae con|sistentes | municipio | posierunt | . . .

Clausenburgi, ubi fuit Napoca Daciae (III 860 p. 1380 viderunt Mommsen et Domaszewski). — 1) *Alius titulus eiusdem dei Dacicus est III 1088. De Iovis templo quod fuit Tavii in Galatia dixit Strabo 12, 5, 2 p. 567.*

4083 I. o. m. | Eruseno[1] | Aur. Alex|ander | v. s. l.

Prope Clausenburg, ubi fuit Napoca Daciae (III 859 vidit Mommsen). — 1) *Ad Erizam Cariae (Liv. 38, 14; Plin. h. n. 10, 43, 124 al.) retulit Mommsen.*

4084 *(fulminum fasces)* Iovi Olbio[1] | Seleucus | Hermocra|tus[2] qui et Dio|genes d. d.

Heddernheim rep., postea Frankofurti (Brambach 1454 vidit I. Becker). — 1) Ζεὺς ὄλβιος *(Aeschyl. suppl. 526) et Olbiae in Ponto colebatur ut deus tutelaris* (προεστὼς τῆς πόλεως, *Latyschev inscr. Ponti Euxini I n. 25) et Olbae in Cilicia (Heberdey u. Wilhelm Reisen in Kilikien, Denkschr. d. Akad. d. Wiss. Wien XLIV 1896 p. 85 n. 166; Journal of hell. studies 12, 1891 p. 226); cf. praeterea C. I. G. 2017; t. Tropaeensis arch. ep. Mitth. 17, 1894 p. 103.* — 2) *I. e.* Ἑρμοκράτους *(Becker).*

4085 pro salute | August. M. Aur. Commod.[1] | Iovi Olbio | Sabaeo[2] | . . . Longus | [*mil.?*] leg. | . . . . . *(fulmen, aquila).*

Capuae rep. a. 1885 (Sogliano atti della commissione conservatrice dei monumenti di Terra di Lavoro 1891 p. 28; Mancini ib. 1892 p. 168). — 1) *Verba* M. Aur. Commodi, *scripta litteris minoribus, postea videntur adiecta esse.* — 2) *Plane incertum utrum a Sabaeis Arabiae derivatum sit cognomen, an componendum cum Sabazio.*

archive.org